 me compus. & conteret electos meos. Nec dubium quin hec plen-
 us in illa extrema captiuitate iudeis accidisse. quando nullus pro-
 phetarum inter eos remansisse creditur. Non sacerdos qui hostias of-
 ferret & non scriba doctus in lege cuius doctrina erudirent. sicut da-
 niel deplorat dicens. Dñe non est inquit in tempore hoc princeps
 nec propheta uel dux neque holocaustum. neque sacrificium. neque
 incensum. Neque locus primitiarum coram te ut possimus inue-
 nire misericordiam. Sed haec melius ut dixi ad illam referunt extre-
 mam quia in hac que sub caldeis accidit. danielon fuisse nulli dubiū
 in eos. Nec non & ezechiel ibidē pph̄etare exorsus est ceterique pph̄e-
 tae eo. Idcirco in extremis subito & uespasiano om̄s magnifici quod
 samech in sinuat ablati sunt de iuda. Samech quippe adiutorium so-
 nat. Tunc ergo om̄e adiutorium ab eis recessit quando non solum om̄s
 magnifici captiui ducti iuxta isaiam. Auferam inquit ab hierusalē
 ualidum & fortem. omne robur panis & omne robur aequi principem
 & quin quagenarium. ac prudentem in facie loqui & eos om̄s quos
 longum enumerare duximus. Uerum post passionē xp̄i om̄s gratia
 & donationes sublatae sunt ab eis quando & iam ipsos angelos damas
 selegim in portas hierusalem transeamus ex his sedib;. Ceterum miseri-
 centia hierusalem quotiens cum q; tribulationib; premitur & angustis
 q̄tionis p̄secutionib; agitatur ut & iam hereticorū impugnatur hostibus
 nec dubium quin plangit dicens. Abstulit dñs de mediomei om̄s
 magnificos meos. In tantū ut legatur quod sepe in toto orbe terra-
 rum pauci remanserint episcoporum magnifici ut sacerdotum quidoc-
 trina sua recte catholicam defenderent fidem. q̄d autē gemit quia

SAMI CH. 6

8

9

uocauerit aduersus eam tempus ut contereret electos eius. quibus nul
la erat fidei defensio ut doctrinarum. Non quod tempus ad aliud contra
hatur. sed culpa exigentibus suis causa uindictae accidisse. Quotiens
accidit. lugens plangit & gemit. Nam secundum tropologiam animas suos
omnes magnificos plangit ablatos. quando sensus ob amos uirtutum
in se sentit captiuos. Pro quibus contra eam dominus uocauit tempus uindic
te cum suum diuinum auferat adiutorium. Hoc sane SAMICH
sonare diximus. Quo ablato mox eam inimicus uitae captiuam as
turet infida & bonae conuersationis in confusionem erroris ducit. Scorum
predicatorum doctrinam & exempla a conspectu cordis ei; pro libi
nem auferens electos mentis conatus conterit. Quatinus eam spolia
tam uirtutibus facilius in terra aliena possideat. Ne per recordationem
sanidogmatum & meliorationem uitae ad statum pristinae conuersatio
nis redeat. Torcular calcauit dominus uirgini filiae iuda ideo ego plo
rans & oculus meus deducens aquam. Torcular itaque iuxta scripturam
sae consuetudinem interdum pultione atque supplicis peccatorum in
dum in congregatione nouarum frugum propensis ponitur atque
tormentis ut est in presentiarum quod hieremias plangens e uersionem
hierusalem ait. Torcular calcauit dominus uirgini filiae iuda. ideo ego
ploro. Quod & isaiam cum dominus quasi celos ascendens ab angelis inter
rogaretur. quare rubrum est indumentum tuum & uerimentum tuum sic
calcantium in torculari. respondisse fertur. Torcular calcauit
solus & de gentibus non est uir mecum. Hoc namque torcular in quo
& malis supplicia & bonis premia calcantur. Solus ipse calcauit
dominus qui nullum habuit adiutorem. Neque enim angelus aut archan
gelus. throni ut dominationes. aut ullus caelestium potestatum
corpus humanum assumpsit & pro nobis passus est & conculcauit. ad
uersarias fortitudines atque contriuit. nisi ille qui loquitur in psal
mo. Saluum me fac domine quoniam defecit sensus. & hoc itaque calcauit dominus uir
gini filiae iuda in die passionis suae ut & credentibus premia non cre
dentibus uero & persequentibus acerui figentibus. ultio perperuae captiui
tatis & supplicia aeternae damnationis manerent. Calcauit ergo hoc
torcular. quia cuncta aduersantia in sua redegit potestate. Sed ui

AIN

torcular

dñs propheta duriciam cordis iudeorum plorans gemit quod calcave
 ritici saluator uirginis filie iuda corcular aduersariae oppressionis sue
 ad liberandum ipsa uero contrario de remedio tormenti sibi tam ex
 tremi captiuitatis quam & p̄p̄tuae dampnationis ingressit & ideo in
 quo & p̄sona ipsius sinagoge ego plorans & oculus m̄s deducens la
 crimas quia factus est a me longe con solator conuertens animam eam.
 Quam longe autem a iudeis factus sit con solator conuertens ani
 mam eorum nos ipsi probamus quid duriciam cordis eorum sepe adgre
 dimur. Quia quanto prope est dñs om̄ib; in uocantib; eum in
 ueritate. tanto elongatur ab his qui fictae querunt eum & nolunt
 recipere ueritatem. Oppido quia xps ueritas est. Et hoc totum est
 quod p̄pheta plangit. seruans m̄sa foram. quia uinea quam ex
 aegypto plantauerat dñs. ipsa uero diu sterilis & in fructuosap
 manet. Dicitur quod expectaui ut faceret uinas & fecit labruscas. Un
 de dñs corcular qd̄ indidit calcauit & quasi pessimis acinis captiuitate
 pessime in uertionis preparauit. Allegorice aut̄ corcular calcauit dñs
 uirginis filie iuda quando eccl̄e p̄ passionem suam om̄s ei aereas potesta
 tes subiecit. Ipsa est namq; uirgo filia iuda ex qua orta est eccl̄a
 quia desion exiit lex & uerbum dñi de hierusalem cui calcauit dñs
 corcular solus pessime oppressionis iugum ut esset libera. Sed quia
 xpo calcante illud multa sub eo redeunt manurecam idcirco plan
 gens p̄pheta oculus inquit m̄s deducit aquam. p̄p̄tota ec̄ IN hebre
 um anteponitur qd̄ fons ut oculus in t̄p̄tatur. Quinimirum fons
 quando prelum crucis pressit de xp̄i latere manauit. Ex quo teste
 euuangelista mox sanguis & aqua exiit. De quo sane fonte sponsa
 xp̄i n̄ solum renascitur. uerū & dotatur. Ipse namq; nobis est fons uitae
 in morte xp̄i reseratus de quo fluunt om̄s thesauri sapientiae d̄i atque
 scientiae. Et quia. **AIN.** & iam oculus in t̄p̄tari dicit. nec in meri
 to de fonte in ebriatus deducens aqua lacrimarum plangit quia factus
 est inquit a me longe con solator conuertens animam meam. Quotiens
 ergo ecclesia tribulationib; afficitur quotiens auxilio desolator diuino.
 ad lacrimas quasi ad consuea recurrit arma. & notandū quotiens
 non conuertatur doctore monente exterius quia longe est ab ea paraclit

consolante

sp̄sque eam instruat & erudiat intrinsecus; Idcirco & filia; quam sepe
fiunt perditā. Propterea quis quid docetous officium uult explorare quocir
ens eam sibi commissam minus uiderit conuertente. de fonte hau
riat amorem undelacrimas p̄ducatur donec conuertentem que ad uocem
paraditum sp̄m. Alioquin quam diu offenso dō erigitur inimicus & ex
collicur filii quinec dum sunt ablactati neque possunt inuirum p̄fec
tum transire p̄duntur & allidunt. Quousque adire foueantur & conso
lentur sp̄u. Tropologicē uero anime uirtutib; infecunde & bonis operi
bus uacue. Nec fidei fructum gignenti dñs torcular calcet. quando
eam p̄sterditate sua & otiositate inimica poenas condigne uindictae
luere cogit. Hinc quoque scdm̄ superioris interminabile lamentū luctū
oculus quam districte deducit aquā consentit se amisso consolatore
corde impententi ad ea ruere indefinenter quo fluxus oculorum & feri
dor dentium pronuntiat. Ex quo fluxus ingens animi dolentis
describit. Ut sciat qd̄ post uanam læticiam huius mundi omnis con
solatio p̄sentis uitae illi est auferenda. fructus ueteris sui malorum
scilicet operum dissipabitur et solus inimicus int̄ torm̄ taucaria il
lius dominabitur. Expandit sion manus suas. non est qui consolē
eam. Mandauit dñs aduersum iacob in circuitu ei; hostes ei; factae
hierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Quod aut̄ expandisse
manus suas sion plangitur dolores quasi parturientis insinuat.
Unde & alibi. sicut expandit natans ad natandum manus suas sic
& sion int̄ angustias. & isaias. Angustia inquit possedit me sicut
angustia parturientis. Quenimirum angustia cordis est & in mani
b; exclamatio eius. Ideoque phe in principio uersus scribitur. phe
nāq; horis int̄ p̄tā. Quenimirum dum sion expandit manus su
as int̄ angustias. signū est horis non ualentis uocem suam pronuntiare
gemit. quia sine consolante multo dolore premit. propterea
& propheta alius. Recedite a me inquit amare flebo. Nolite in
cumbere ut consolemini me sup̄ uastitate ut contritione filiae po
puli mei. Qd̄ dicit quia mandauit dñs aduersum iacob. ostendit qd̄
ipse dñs adduxerit super eam non minus postea romanos quā & pri
us caldeos. Ex quo patet sensus qd̄ nūquā iudico aduersus eam. uerum

PHI

9
9

neque gentem illā aduersus saliam consurgere nisi precipiente dō iustoue
 ro suo iudicio. & facta est hierusalem quasi polluta menstruis inter eos.
 Quia sicut execrabilis est mulier eodem tempore quo menstrua patitur ita
 illi execrabiles erant iudei & sunt usque hodie tam nobis quam & hostib;
 suis. Ceterum nra hierusalem quotiens hereticorum uocatur exercitu.
 nouerimus quia dñs aduersus iacob mandauit scilicet aduersus eccliam
 que debuit uicia supplantare & doctrinā pueris dogmatū ut curcum de
 reur obsidione hereticorum. Quia consolatore amisit spm scm. & doc
 torem sine quo nullus ad ueram eruditur fidem nullus releuatur a uitis.
 nullus poterit consolari inter hostes. & ideo expandit manus suas qua
 si ad preces in dolores & pressuras. nec est ei uox uox digna qua pos
 sit hostes reuincere suaq; defendere dogmata. Unde fit quam sepe
 quasi polluta ppter fedicitate carnalium operum sanguinolentiaq;
 inlecebris uite desideria inter hostes a quibus intus foris ue impugnat.
 & ideo dñs dicitur. Uxer pregnantib; & nutriendib; in illa die. For
 romoraliter animae credentis que quondam erat speculum di & sup
 plantatrix uitiorum cum pro malis actib; suis traditur spitalibus ue
 quitas frustra querit consolatore extrinsecus que spitalē pdidit con
 solationē interius. & ideo quā condigne mandauit dñs aduersus iacob
 quondam supplantantem uiciā. Nunc uero solo nomine aduer
 sus animā eodem decorata uocabulo quia noluit sub eēdo eius que oboe
 dire mandatis ut in circuitu eius undiq; ostes ei; eam obsideat ne possit
 effugere. Unde quam sepe uidentis seu allata expandit manus suas
 in angustias cogitationum nec est uox uox nec ulla excusatio ser
 monis. nisi quia facta est quasi polluta menstruis inter hostes.
 Salicet cruentis operib; maculata. Quib; pfecto menstruis anima
 quomodo careat preferam cum prophētia dicat. Quod omnis iustitiae
 nrae sic sunt corameo quasi pannus menstruatus. Sequitur. Iustus
 est dñs quia hos ei; ad iracundiam prouocauit. Audite uniuersus popu
 li & uidete dolorem meum. Virgines meae & iuuenes mei abierunt in capti
 uitatem. In principio uersus. Sade. littera exponit que iustitiae in
 ptae. & ideo que iustitiae dñi recte credunt bene qd iustus est dñs pre
 dicat quia inquit osei; ad iracundiam prouocauit. Oris quidē iudiciū prioru

SADI S

4

4

uersu ex. phe. litte^{ra} iuste pertuli & ideo. fide. scilicet iustitia eius quia
iustus est dñs confiteri non distuli quia os eius ad iracundiam prouoca
ui. Supra eam eos qui transeunt per uiam scilicet quasi pauciores nunc
uero ad considerandum hierusalem ut ppheta dolorem suum indifferenter
cum obsecratione uniuersos inuitat. Quia unus quos una conditio ligat natu
re. una fiat uastitatis eius compassio. Nam supra uirgines squalidas luges
& paruulos ductos esse captiuos. nunc uero robustiores quosque iuuenes & uir
gines captiuatas plorat. Idcirco quantum ad creuit malum tantum & dolo
rum gemit multiplicatur. Unde non quibuslibet dicit uia regia gradi
entibus uerum omnes ad lamentum inuitat. Audite inquit obsecro uniuersi
populi. & uidete dolorem meum. quoniam non absque magno intuitu & conside
ratione discerni potest. Mistic autem ecclesia supra quam recte eius iudicium
paulat. quia hos dñi in scripturis sacris ad iracundiam prouocauit. Quo
nimirum iudicio correcta didicit dño confiteri. Iustus est inquit dñs quia
hos eius ad iracundiam prouocauit. pducit namque querela tanta discrimi
nis ad cognitionem sententiae iusta iudicis. ut addiscant cuncta si nihil
sit sine causa super terra. quod sponsa xpi preciosa redempta sanguine
non sine diuina providentia tantis cunctis temptationum fluctibus & impug
natur ab hostibus. Et enim confitemur quia hos dñi ad iracundiam prouo
cauit. Non quod membra hominis dñm doceat habere. sed sicut affectus
humanitropice adscribentur ei. Ita & membra. Quia illud in circum
scriptum lumen & inmensa diuinitas linamenta corporis non nouit
habere. Sed per hos uerbum de hore patris & genitum. sed ad iracundiam prouo
casse confitemur. de sicut dicitur. Meis prauis actibus iustum prouocauit iu
dicem atque compulsi natura clemente. duram contra me ferre senten
tiam. Idcirco audite obsecro uniuersi populi & uidete dolorem meum.
Omnes ad uidendum dolorem suum inuitat quia calamitatem suam mul
tiplicem & inestimabilem pensat ut aliorum compassione anxietatem suam
quodam modo alleuet. De quo sane sensu iam supra dixisse sufficiat. Nisi
quod iuuenes ac uirgines abuisse in captiuitate hic amplius deplorat. Deni
que iuuenes quod de fonte baptismatis ecclesia edidit. & uirgines quas in mor
tali sponsa xpo fide consecrauit. Quoties autem heretica prauitate corrupun
tur ac uirgines uisibus constuprantur non loco sed mente in babilone id

inconfusionem peccati captiuan tur. Quinque mereri coniungitur unū
 corpus efficitur. Unde est quod tantus luctus & dolor adhibetur. ut
 uix ab uniuersis & iam uideri ut intellegi credatur. Ceterum anima quæ iā
 exorsu iudicio supplicis castigatur iure confitetur quod iustus est dñs in his
 que patitur quia ipsa prius prauis inlecta desideris oīs dñi ut dignā
 pro pena peccati sententiam contraeam proferret ad iracundiam pro
 uocauit. Non enim alit̄ potest quia iustus est in omib; uis acq; ope
 rib; suis. Quæ ergo sententia confusionis suæ anima obprobrio pfusa.
 non aude oculos ante iustū iudicē quæ ad iracundiam puocauit erigē
 re. sed ad uniuersos sui consortes clamare non cessat ut eius dolore
 audiant ei; q; luctum uideant. Deniq; quia talis est nature nræ.
 affectus ut doloris nr̄i ut gaudii alios queramus quam sepe compar
 ticipes. Quatinus eorū solatione suffulta pondus tristitiæ ut gau
 dii splendorem leuius iucundius q; feram. Unde ille in euangelio qui uē
 pditā requisit. ut mulier que dragma ad inuenit conuocant amicas
 & uicinos uolentes habere participes gaudii sui & consortes lætitiæ quan
 tomagis animadeb & conuocare om̄s que suos non aude oculos erigere
 pudore confusionis suæ oppressa ad dñm quæ malis suis ad iracundiam
 conduxerat. ut apud clementē iudicem intercessores p̄ compassionem
 doloris & amoris exstant. Quod autē iuuenes ei; & uirgines captiuan
 tur ostendit semagis in dolore. dum uiderit robustiores cordis ei; affec
 tus ut uirgineas cogitationes in confusionē iremiserit captiuitatis. Spē
 uterisui ab hostib; uiolari p̄fecto quia quando quisq; uiderit sobolem
 deperire suam certus est spem future generationis suæ amisisse.
 Vocauit amicos meos & ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei & senes mei
 in urbe consup̄asunt. quia quesierunt cibum sibi ut refocilarent ani
 mam suam. primū ergo. coph. quaerendum quid inē p̄r̄cat. coph.
 quidem uocatio dñi. Unde continuo quasi ad ludens ad litteram uo
 caui inquit amicos meos & ipsi deceperunt me. Egiptios uolens signi
 ficare. quorum semp̄ iudei usi sunt amicitis. Sed in tēp̄r̄ prime cap
 tuitatis. aut ultime sub romanis ipsi deceperunt illos. Quando uo
 cantes eos in quib; teste isaia maxime confidebant. nullum prebuer̄
 auxilium. Hoc & rapsacen in eodem p̄ph̄e libro clamaſſe legimus.

coph s

s

s

s

quod multam in eis fiduciam abuerint. Sed quomodo eos deceperint uocati
isaiaſ p̄dit. Quia erit inquit terra uide aegypti in die uastitatis eorum
in formidine & pauore om̄is qui illius fuerit recordatus pauebit a facie
consilii dñi exercituum qđ ipse cogitauit super eam. Ex quo iure decepti di
cuntur. quia magis sperarunt in eis derelicti dī auxilio ex quibus nō
dico quod eis auxilium fuerint uerum exinde magis offenso dō & iam eis
formido atque pauor pro recordatione eorum ad creuerit. Quod autē
sacerdotes & senes in urbe consūpti planguntur. nulli dubium quin
sub babilonis & sub romanis id accidisse. iuxta anagozen uero ecclē uo
cat sepe amicos eos uidelicet quos in fide socios habere putat. ipsi uero
eam decipiunt corrupti fide intus qui alacrit. certe aut fors dum ex
nobis exierunt e contra qui apugnant. Nec non & mali xpiani qui libet
sublimiores prefecture in sacris constituta quorum sepe uocatur ecclā ami
catis interdum eam decipiunt quibus libet prauitatis suae ingenis
ut in lecebroſitae exemplis. Non quod amici sint hi. sed iuxta anti
frasin eo quod sint quasi socii in se scelerati fide & operib; ecclē decep
tores. Et quod peius est tunc tales contrarios crudelius se uiuunt cum
sacerdotes & senes quos graegeruntas uocant in nobis fama uerbidi
consūpti laborant. praesertim quia se tantis carnalis uitae lucra
magis querunt abū quam miseram refocilent uitam uitiam supra ex
posuimus quam epulas caelestes de serculo salomonis & ex prandio
qđ paratū in euuangelio p̄dicat sapientiae que conuiuio ad quod om̄i
ū uocatio. Cōph. littera designatur. Quae ut diximus uocatio
ip̄e praecatur. Uocat autē & anima moralit̄ amicos suos dulces ui
delicet suauis que carnis suae affectus. sed ipsi quorum dum fruit
amicatis mox eam decipiunt. & quia regale sacerdotium eē debuit uo
luptatib; & desideris inlecta. quasi pro cibo ad refocilandas car
nis suae concupiscentias laborat. quibus consūpti dignitatem
sacerdoti & maturitate consilii p̄ indigentiam sapientiae & inopiā
uirtutum perdit. Egyptus uane quidem auxiliabitur quia mundus
transit & om̄is concupiscentia ei. Est autē baculus arundineus atq;
confractus. idcirco potius super se innitentes lacerat ac manus per
forat. Necumquā suis amatoib; perfectam p̄sertatē conferre potest

: illas

Uide dñe qm̄ tribulor uentris conturbatus est. subuersum est cor meū
 in mem̄ ipsa. Nunc hierusalem pudore confundit̄ nec audet̄ oculos
 leuare ad dñm. Nunc spe uenie subleuat̄ & de misericordia presumit
 Idcirco uide dñe inquit. qm̄ tribulor. Quatinus pium iudicem cru
 ciatus flet̄ t̄at ad dem̄tia. & pudor adueniam. Nam uentrem
 qđ dolo & formam exprimit mulieris in utero perrelicantis. Quia
 repleta sum inquit amaritudine. Ex quo non ex parte set acta
 in sinuat̄. sed repleta om̄i amaritudine doloris & meroris. Corei
 que subuersum pondere tribulationis deflēt. eo qđ foris defeuat
 gladius p̄secutoris intus uero mors similis p̄ amaritudine tribula
 tionis. & ut ad anagogen ueniat̄. RIS. Littera quid innuat̄ u
 dea gñus. Siquidem. RIS. capitis int̄ p̄tat̄. Conturbatio aut̄
 uentris ut subuersio cordis mentis est gemitus. Mens uero cuius libet
 anime caput est. ac hoc iure conturbatio capitis & subuersio dicitur
 ipsa dum repletur amaritudine multis suorū ca sibi uulnerata. Nec
 dubium quin dolorem tribulationemq; suam cotidie deuotissimo
 exponat iudici cō sinu &. Sed habet̄ ec̄ta uentrem de quo in sponsalau
 dibus ab ipsa declamatur incantias. Uenter eius inquit eburneus
 distans t̄us saphiris. Nemo igitur uentrem escarum om̄iū recepta
 culum ignorat ubi totus corporis uictus & substantia congesta de
 coquitur. p̄ quem illi recte intelligunt̄ qui scilicet alios non scide
 ant suo sermone docere cibum tamen animarum panem uidelicet
 quide celo descendit unicum spū scō intus condere ac ruminare
 more m̄sdorum animalium non omitunt. Quē sane cibum
 primum suscipiunt p̄ fidem. deinde conuocunt igne caritatis p̄
 bonam conuersationē uitę & meditationē. Quorū uox p̄ saluam
 p̄ phetiam clamat dicens. A timore tuo concepimus dñe. & pepe
 rim spm̄ salutis. Hunc quando quidem uentrem genuit ecclesia con
 turbatum. Quo t̄ens uariis alliditur temptationib; . Intantum
 etiam ut ipsi foris intus uetor̄ mentis pregrauentur. Ac deinde
 cor meum ait subuersum est. Quia om̄i no illud. qđ sponsus uis
 serat incantias non implētur. Ponem̄ inquit ut signaculum su
 per cor tuum. Quod si poneret̄ hostis eam non adiret̄ ut subuerteret̄

Uideo qui uoluit retinere dulcedinem tantamoris ut esset foras
quasi morsus dilectio. repletur quā sepe omnia amaritudine intus
fons ue tribulationis. Quatinus feriatur exterius gladio persecutorum
interius uero felle amariorum doctrina hereticorum certe aut pro
bitate morum mortis quam simili salura uitiorum. Porro moraliter
anima uariis uexata doloribus. uentrem ualde turbatum pmentege
mit. quia in sacro doquo solus uentris nomine ut uulcer mens designa
ri. Et hinc est qd psalomonē dicit. Lucerna dñi spiraculum hominis
quā uestigat omnia secreta uentris. Ergo lux dñi omnia uentris. secreta
inuestigare dicitur quia occultamenta penetrat ut facta que ipsam la
cebant animam ante ea; flenda oculos reducat. Uideo ut dixi quia
mens caput anime designat. bene captus est iste gemitus qui per RES
littera ostenditur. Ex quo in se omnia conturbata & subuersa insinuat
dicens. Uide dñe hinc quoq; ipse hieronimē longesup. Ventrem meum
uentrem meum doleo. & ut ostendens quid dixisset. Adiungit. Sensus
cordis mei conturbati sunt. Uteri namq; nomine recte mens accipit
quia sicut plis in utero sic cogitationes in morte generant. & sicut in uen
treabi lta & in mente continentur. fidelis enim anima temptationi
bus uariis fatigata merito sentit fons ue mortis simili adortam de
plorat. quia fons persecutionibus & intus angustis lacerari se non ignorat
& epē enim fons flagellis adterimur intus uero carnalibus fatigamur
suggestionibus. Hinc est qd ait fons intus fiat gladius. & domi mors si
milis est. fons quidem gladius intus fiat. cum nos exterius ferens uir
dicta con fiat. Sed domi mors similis est. quia & flagella quidem
sustinet & tam intus conscientia a temptationum sordibus mundanone
Unde quā bene captus uox est id est mentis plangentis ad dolens.
Uide dñe afflictionē meam. & cetera. Unde sequitur. Audierunt quia in
gemitus ego & non est qui con solatur me. Omnes inimici mei audierunt
malum meum. Locutus quā tu fecisti. Nulli dubium quod omnes inimici
iudeorum iscaia testel & cetera sunt in eorum uastatione maxime quod uide
bant eos dñi auxilio & consolatione destitutos de quo prius plurimum
gloriebant. Quia pfecto hierusalem sic sita erat inter hostes. quasi
nauis inter medios maris fluctus. Aquibus quā sepe propellebantur

IN

S

S

tamen numquam nisi cum dñm offenderent ledi poterant. Quod &
 ipsa recognoscens edocta diuinis institutis non suis attribuit ini-
 miis neq; illorū deputat uirib; sed di iudicio quod pro statatur.
 Unde & dicitur inquit qm̄ au fecisti. Ac fiduciat. Licet illi loquantur
 quasi ex euentu tutamendecreuisa iusto iudicio quod parcior pro
 reatu. Sequitur. Adduxisti diem consolationis & fient similes mei.
 Vidit ergo hierusalem diem consolationis suae futuram. Immo
 pph̄ca. & quam quasi praesentem re promittit. uentura subituro
 non dubitauit. Interea & quod exorat magis spū pph̄cae ut de
 terrat adnuntiat qd̄ destruetis & capti uatis ceteris undique
 regnis nouissima scilicet quod ip̄ sibi abylon & regnū ei; destruendū
 esset. Hinc est quod sequitur. Fient similes mei. More loquitur
 eorum qui sibi semper animos iudicium conciliari satagunt &
 contrahostes infligere. Sp̄italit̄ uero eccl̄a plorans mala pre-
 sentiarum quae sibi suisq; inferunt. Emit quasi per SIN. litte-
 ram quaedam interpretatur. Dentium itaq; flexus est eorū
 de quib; legitur Incantatis. Dentestui sicut greges. de con sarum
 que ascenderunt de lauaacro. Om̄s gemellis fosib; & sterilib; non
 est int̄ eos. quos nimirum dentes eos eē opinor. qui non lacte
 doctrine indigent sed iam infantiae transcendunt & aeternam
 Quinon solum solidum sibi abum queunt mandere uerum & iā
 & uirtutum ossa fortia quaelib; & membris eccl̄e diuidere ac ru-
 minare. Unde uni eorum dñs cum uniuersa repentina de caelo
 submittet. mac̄ta inquit & manduca. Tales igitur discre-
 tissimi doctrinarū acumine sciunt mac̄tare uita & animas cre-
 dentium in xpi corpus mandendo traicere. Sed quia dōntium
 in currimus mentionē nouerimus eorum diuersae eē manden-
 diofficia. Alii quidem diuidunt. Alii comminuunt & ruminant.
 Alii uoces formant. Et cum lingua sonos discernunt. Sicq; sci
 alii sunt ut greges de con sarum qui sua expolati uelustate fo-
 ab; suis lac doctrinarum & indumentum uirtutum ministrant.
 Alii ut de uide dentib; proph̄a zatur qd̄ lacte candidiores essent.
 pulchritudinē decous ex officio ad sumimā subtilitatē uerbim ministrant.

De quibus tantumdem dicit apostolus ad hebreos quod perfectorum est cibus solidus qui pro possibilitate sumentium exercitatos habent sensus addiscernendum boni & mali. Qui pro fecerunt dentes quia pro omnibus curam & sollicitudinem gerunt. Audierunt inquit quia in gemisco ego & non est qui consolatur me. Audierunt scilicet inimici quos mox laetatos insinuat. Audierunt inquam quod sponsa lugeat absponso destituta licet promiserit quod cum ea semper sit ad futurum usque in consumatione seculi. Quia & si ad est semper propter quod nunquam abest per maiestatem. quam frequenter tamen multas ex causis dimittit sponsam temporari sine consolatione ut ui deat sui aequali. Ex quo ait. Uiderunt quia in gemisco ego Ac sidicere. Uiderunt quod numquam suspicatisunt quod semper optauerunt & uiderunt. Non solum quod in gemisco uerum & iam malam gentem qua sustineo. & in delatatisunt quo audierunt malum meum quo patior quod lugeo quos sine consolatione & iam & in membris meis peiora committit. Quinam sint ecclesie inimici manifestum est quod omnes nequitiae spirituales in caelestibus & aerei spiritus & potestates tenebrarum harum quia aduersantur. Nec non & heretici & falsi christiani. a quibus intus fonsue impugnantur. Tamen nouit sponsa christi licet illi seruiant quod non nisi diu dominantur permissio & hinc est quod dicit. quoniam tu fecisti. sicut ipse dicit per prophetam alibi. Ego dominus creans malum & faciens pacem. facit ergo pacem & creat malum. quando iusto suo iudicio permittit illud fieri. Adduxisti autem diem consolationis. & fient similes mei. Haec magis ecclesie congruunt. quia nulla consolatio restat iudeorum captiuitatis extreme. Unde patet apostolus. Iustum est inquit apud deum retribuere tribulationem his quos tribulant. & uobis qui tribulamini requiem nobis cum in reuelatione domini ihesu christi decedo cum angelis uirtutis eius in flammis ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum & qui non oboediunt euuangelio domini nostri ihesu christi. & haec est consolationis dies quam omnes electi dei in spem abent per quam tam patienter omnia in presentiarum sustinent. quod & oppressoribus supplicia & sanctis premia sit daturus qui reddet unicuique iuxta opera sua.

Scdm tropologiam uero plorat anima quod audierint inimici quia
 in gemitu offenso & exacerat mala que tolerat. Presertim quia
 anxiana animi & dolore afflicte hoc uidetur saepe augmentu
 suu meroris. Quod ille in quem spem habuerat consolationis suae.
 Differt opem ferre & auxiliu solacium. Hinc & maximum ei mero
 rem indidit quod eam inimici derideant scilicet hostes inuisibiles qui
 prius inuis male blandiebantur & non solum in uerum & propria
 conscientia grauius accusando insultat ipsaq; uitia quae dudum
 dulcia uidebantur atrociora se ostendunt & amara. Quod si ad no
 a amorum & iam qui consortes sunt tantum ali aliquando nra
 puenerint facinora. Discernunt utrum ne inimici sint an amici
 dum derident qui conpatidebuerant & lugere. De quibus dauid.
 Qui cum stodiebant inquit animam eam consilium fecerunt in unu
 dicentes ds dereliquit eum. psequimini & comprehendite eum
 quia non est qui eripiat. Sed quamuis ita se uiant aduersari habe
 anima dentes suos de carne xpi & de ossibus ei; in animo elimatos
 quorum uox est ad dm ut in gemitu & lugeat. Cogitatis uideli
 & spe fortes qui sciunt diuidere in prospera & aduersa. Qui sci
 unt consolantem spm requirere necesse est misericordia numqua
 desperare. Unde inquit adduxisti diem consolationis quia scit
 fors anima. & penitentib; post angustias ueniam pmereri & in
 sultantib; supplicia retributionis a iusto iudice inrogari
 Hinc q; sequitur. Ingrediaur omne malum eorum coram te
 & de uindemia eos sicut uindemia sti me ppter omis iniquitates
 meas. huiusculi habent. IAV. & haec sunt signa quibus pluma in
 litteris passim diuinis significant. quae non minus hic qua & ali
 bi habentur. Siquidem. IAV. signa in praecatur plurali nume
 ro qm ab hoc signu illud premonis tratur ex quo cuncta secretor
 di que signata sunt referant. De quo sane signo ezechiel pph & e
 angelus immo ipse dñs. Transi inquit p mediam hierusalem & sig
 na IAV. in frontib; uirorum gementiu & dolentium. P quod ni
 mirum signum nulli dubiu crux dñi & ei; recte passio designatur
 Sicut & ex ipsius caractere cognoscatur in qua paru deest cruxis.

IAV

nisi quod supra celum prominet. Unde iam & ex misterio in frontibus
uirorum gementium & dolentium signari commendat. Et ne parum ta-
bi uideatur scias eam esse nouissimam hebreorum litteram sicuti et ω .
grecorum. De qua dicitur. Ego sum inquit. Λ . et ω . Initium & finis.
quod super scriptum. ω . dicitur finis uidelicet quid putas minus per. $\Gamma\Lambda\Upsilon$.
crucem signi ficari posse quae uidentur omnium gementium & dolentium
frontes consignari & consecrari ne ledantur ab his in quorum manibus
uasa in tefectionis per mediam hierusalem ad perimendas animas de-
feruntur. Nam omnes littere signa sunt uerborum. Verba uero & dic-
tiones rursus signa sunt rerum & operum gestorum. Ex quibus & in
quibus omnia non dico presentia uerum & iam & futura presignat.
Sed quia. $\Gamma\Lambda\Upsilon$. signantur praeteritum diximus; quae sint ipsa signa ut cuius
sint signa uideamus. Omne enim signum alicuius est signum quia
omnino aliud est quod signat & aliud quod signatur. Idcircoque
sint signa quae huius littere designantur caractere ut ea cuius sint
signa non absurde querantur. Diximus iam supra quod. $\Gamma\Lambda\Upsilon$.
signum est. Immo iuxta interpretationem eius signa sunt crucis.
Et ut uerius loquar patet ipsa crux est unde & signari quomodo pro-
missum est in frontibus gementium & dolentium iussu est. Sed tunc
signum erat futurae crucis. Nunc uero iam ipsa crux ut in ea poti-
us refertur pro redemptionis. Sed quia. $\Gamma\Lambda\Upsilon$. finis est hebreorum
elementorum ipsa uero elementa totidem sunt quot & libri ueteris ins-
trumenta quorum ipsa sunt signa. Unde non conuenienter reor quod sic
omnium elementorum finis est. Ita totidem librorum ueteris ins-
trumenta finis est crux passio uidelicet ihesu christi qui finis est totius legis ad iusti-
tiam. Propterea omnia illa librorum diuinae auctoritatis signa. do-
minice incarnationis & redemptionis nostrae sunt sacramenta. & ideo
iurae. $\Gamma\Lambda\Upsilon$ signa in te praeteritum ut per eadem hoc unum adnuntietur
ex quo ut dixi omnia referantur signa & patet sunt uniuersa nec non & con-
tationis nostrae a principio in quibus multa cucurrerunt signa iudicio-
rum dei dignus est finis ut & gementibus in presentiarum & dolentibus;
quorum in frontibus crux signata promittat merces laborum recompensetur
ad deo & his qui tribularunt nec signatanti operis uoluerit agnoscere.

digna retributionis consequatur ultio. & hinc est quod dicitur non op-
 tantis affectu sed prophetantis spū. Ingrediat omne malum eorū
 coram te. & de uindemia eos sicut uindemia stime propter omni iniqui-
 tates meas. Quamū ad litterā expectat sic factum ē & in ceteris
 regnis iudeorum inimicis. Lege prophetas & omnia complēta reperias
 Sed ad nrām hierusalem haec omnia melius congruunt quae orat
 in desinentē & iam de subaradi sicut legit. Quare dñe non defendis
 & uindicas sanguinem nrām. & cōsequunt. Itaque hic choros
 fidelium uere memoreur in conspectu di psecutorum crudelitas
 & uisionis uis dicta iustum di iudicium eos iam lamque ad pre-
 hendat humilia & pdat qui supbiendo crudeli non timuerunt
 psecutione xpī eccliam uexare affligere ut punire. Unde in qui
 unt ingrediat omne malum eorum coram te. Quia pfecto
 quando talia & tanta eorū incanduit malitia quasi dñs nescire
 & non uidere putabatur quē nulla latent. Ingrediat autem
 omne malum eorum coram te ex his in pondere ut puniantur sine
 finē qui finē suis prauis operib; noluerunt imponere. Uindemia
 eos quime de uindemia uerunt. Uindemiare enim unum quē
 que est operum suorum fructum recolligere. & seruat mēsa forā
 ex uinea quam ex egipto adduxerat ut ex ea quā in euangelio
 ipse plantarat; Uindemiare ergo hostes suos dñs qui scōs eius in hoc
 scō uindemiarent quos ad probationē eorum opprimere ipse per-
 miserat. Quando in futuro iudicio p pccuam ultime unus quisq;
 recipiet pccu gessit. Sed alit uindemiati sunt scī quodam modo in
 hoc scō. & alit impu in futuro. Quia scī temporalia. Amiserunt &
 contempserunt bona. Impu uero & amatores scī sempiterna & haec ē.
 equa re compensatio quia sicut hie de uindemiati sunt ab omib; huius
 uite gaudis. ut ipsi ex confessione uere humilitatis confiteantur p pccū
 iniquitates suas. Ita & illi a futuris p pccū impietates & mala sua pri-
 uantur. Dande sicut scī eorum iusto di iudicio p tulerunt pressuras.
 Ita & illi p suis erratib; poenas sempiternas. Unde ne contingant talia
 plorans ac gemens dicit cetera. Multa enim gemitus mei & meroris
 cor meum. Siquidem quia multa excessus multa & gemit & quia

multus dolor . multas & cordis meror . Si quomodo tandem que ad
dicere dño miserante secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo consolationes tuas . laetificauerunt animam eam .
Sed hic multatudo dolorum licet in spū speintus int̄dum consolē
Alibi uero consolationis erit remuneratio . & ideo donec ueniant que
futuras plenius edocta de omnib; dicit eccl̄a . seu animas eā multa
gemitus mei & cor meum merens . Quod uirum animam eam mo
ralit̄ expansa coram dño rogat dicens . Ingre diatur omne malum
eorum coram te . Quod malum qui mihi frequēte ingruunt & ostē
dunt intus forisue frequēte & infligunt . Ingre diatur coram te
ut reuincas & erues qui a meis nequeo uiribus euadere . Nam ubi
cumq; me uerto non nisi eorum malum uideo & quod grauius est
& iam in mem̄ illa fabricata supra dorsum repperio . Idcir
co quia figmentum agnoscis ingre diatur coram te malum eorū
ut exuar & tu uincas . Cum iudicaris talia non curare . De
uindemia eos ab omnib; fraudib; suis ne fructum de me capiant
sic & me uindemia sti quando & tuam mihi dona furore commot̄
subtraxisti & in presentiarum gaudium p̄fecte uitae p̄p̄t om̄s
Iniquitates meas abstulisti . ut & mihi idem erore rursus gaudia
& illis de sua irruocabili crudelitate supplicia exerescant .
Et haec signa p̄p̄t que om̄a signorum facta sunt miracula . Un
de dicit̄ In psalmo . De diis tuis timentib; significationes ut fugi
ant a facie arcus . Quas qui poluerint precauere De ueniant
ad ea que consonanter scripturae sc̄e premonstrant . Hinc quoq;
& sapientia ad extremum oculum intendens . In noua signa in
quit Immuta mirabilia glorifica manum & brachium dextrū
excita furorem & effunde iram . extolle aduersarium & afflige
inimicum . festina tempus & memento finis . Ergo rogat inno
uare signa que cotidie fiunt ut conuertatur iustitia in iudiciū
Ne semp̄ affligat̄ Tur s̄a sed unus quisq; recipiat putges sit . Ac
sidicet . quia usque ad p̄sens facta sunt ut effugeront . Nunc
imminuta mirabilia iuxta quod significata sunt ut peruen
iant . Et ideo in fine huius lamenti per . IAV . litterā signa p̄monuit

aueribus lacrimabiliter que futura sunt prophæando cuncta com-
pleuit. Propterea & nos finito alfabeto primò ut potuimus finē
libridonut & oro supplicat omni uotis cunctorum que lamentis abluar
In uisceribus ihu xpi qui a mihi me non sufficio quatenus quicum omni-
bus & pro omib; immanit deliqui & iam in omib; clementē & cū omi-
bus ad ueniam merear exaudiri. FINIT IN LAMENTA-

TIONIB; PR. MONACHORUM OMNIUM
IPSE MAUOTORUM LIBER PRIMUS FLE-
TIB; EXPLICANDUS SENI. OD. S.
OPERE PRETIO CONSECRETUS:

INTERNOS EX PARTE UT DICITUR EST VIROBŪ CARISSIME IN
dandis accipiendisq; munerib; precipue ea aestimandas officia si qui
do constituerit nihil a me aliud quod tibi congruentius offerem iuxta
quod potui explicitum. necate unquam quod carius beniuolentia
com placet & ut acceptum. Profecto quia con senescentib; nob hoc
longæuum semper constat fuisse officium. Orationib; incumbere
insistere lacrimas. & ut nra ut aliena facinora deflere. Hinc est qd
explicito in lamentationib; primo litterarum alfabeto ad scdm manū
porrigimus ut habeas amplius quid defleas caritate compunct
Si non est in me ex quo gaudeas malis amaricatus.

IN CIPII IN LAMENTATIONIB; PR. MONA-
CHORUM OMNIUM PER IPSE MAUOTO-
RUM LIB. SECUNDUS FLETIB; EXPLI-
CANDUS SENI. OD. S. OPERE PRETIO CONSECRETUS

REDI DI ERGO IN PRIORIB; SINGULIS ALIICI MITRI
clausulis ternorum uersuum singulas cum in te peccationib; suis
litteras. forte non ut idem pphæa perfectius intelligat cur
sic eas indiderit. Sed iuxta ingenio lima sensum
saltem lector ex hoc ut agnoscat qd nihil in eis dem litteris uacat
amisterio & si uellent captiores quiq; tam diligenter diuina perseru-
tari eloquia nec dubium quin altiora & profundiora inuenissent
ea & iam in sermone quam nullius secularis discipline eloquentiam
Non qd sciri etiam studuerint secretari. sed ipsa quasi an allula